



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. Vtrum conueniat sibi secundum, quòd homo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

quod accipitur forma iudicij: sed Filius est sapientia genita & ueritas a patre procedens: ergo iudiciaria potestas proprie attribuitur filio Dei. Maior declaratur discurrendo per illa tria. Et probatur: quia ipsa ratio iudicij est lex sapientia & ueritatis. Et confirmatur auctoritate Augustini.

¶ Secundo, Vtrum conueniat sibi, secundum quod est homo.

¶ Tertio, Vtrum eam fuerit ex meritis adeptus.

¶ Quarto, Vtrum eius potestas iudiciaria, sit uniuersalis respectu omnium hominum.

¶ Quinto, Vtrum praeter iudicium, quod agit in hoc tempore, sit expectandum aliud uniuersale iudicium futurum per ipsum.

¶ Sexto, Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

¶ De executione autem finalis iudicij * conuenientius agetur, cum considerabimus de his, quae pertinent ad finem mundi: nunc autem sufficit ea sola tangere, quae pertinent ad Christi dignitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuenda.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod iudiciaria potestas non sit specialiter attribuenda Christo. Iudicium enim aliquorum uidetur pertinere ad dominum. unde dicitur Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Sed esse Dominum creaturarum, est commune toti Trinitati. non ergo specialiter debet attribui Christo iudiciaria potestas, ¶ 2 Præter. Daniel. 7. dicitur, Antiquus dierum sedit, & postea subditur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt: sed antiquus dierum intelligitur pater, quia, ut * Hila. dicit, in patre est aeternitas. ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda patri quam Christo.

¶ 3 Præter. Eiusdem uidetur esse iudicare, cuius est arguere: sed arguere, pertinet ad Spiritum sanctum: dicit enim Dominus Ioan. 16. Cum autem uenerit ille (scilicet Spiritus sanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. ergo iudiciaria potestas magis debet attribui Spiritui sancto, quam Christo.

SED CONTRA est, quod dicitur actuum 10. de Christo, Hic est, qui constitutus est a Deo, iudex uiuorum & mortuorum.

RESPON. Dicendum, quod ad iudicium faciendum, tria requiruntur. Primo quidem, potestas subditos coercendi. unde dicitur Eccle. 7. Noli quare fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumperere iniquitates. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, ut scilicet aliquis non ex odio uel timore, sed amore iustitiae iudicium proferat, secundum illud Prou. 2. Quae enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium, unde dicitur Eccl. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Prima autem duo praerogantur ad iudicium, sed proprie tertium est, secundum quod accipitur forma iudicij, quia ipsa ratio iudicij, est lex sapientiae uel ueritatis, secundum quam iudicatur. Et quia Filius est sapientia genita, & ueritas a patre procedens, & ipsum perfecte representans, ideo proprie iudiciaria potestas attribuitur filio Dei. Unde Aug. ¶ dicit in lib. de Vera religione. Haec est incommutabilis illa ueritas, quae lex omnium artium recte dicitur, & ars omnipotentis artificis. Ut autem nos & omnes animae rationales, secundum ueritatem de inferioribus

recte iudicamus, sic de nobis quando eidem cohaeremus, sola ipsa ueritas iudicat: de ipsa uero nec pater: non enim minus est, quam ipse. Et ideo quae pater iudicat, per ipsam iudicat. Et postea concludit, pater ergo non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex illa ratione probatur, quod iudiciaria potestas sit communis toti Trinitati, quod uerum est: sed tamen per quandam appropriationem, iudiciaria potestas attribuitur Filio, ut dictum est. *

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut August. ¶ dicit in 6. de Tri. Patri attribuitur aeternitas propter commendationem principij, quod importatur in ratione aeternitatis. Ibidem etiam August. * dicit, quod Filius est ars patris. Sic igitur auctoritas iudicandi attribuitur patri, in quantum est principium Filij, sed ipsa ratio iudicij attribuitur Filio, qui est ars & sapientia patris, ut scilicet, sicut pater facit omnia per Filium, in quantum est ars eius, ita etiam iudicat omnia per Filium, in quantum est sapientia & ueritas eius. Et hoc significatur in Daniele, ubi primo dicitur, quod antiquus dierum sedit, & postea subditur, quod filius hominis peruenit usque ad antiquum dierum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: per quod datur intelligi, quod auctoritas iudicandi est apud Patrem, a quo Filius accepit potestatem iudicandi.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut Aug. * dicit super Io.) ita dixit Christus quod Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, tamquam diceret, ille diffundet in cordibus uestris charitatem: sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Sic ergo Spiritus sanctus attribuitur iudicium, non quantum ad iudicij rationem, sed quantum ad affectum iudicandi, quem homines habent.

ARTICVLVS II.

¶ Super Quaestio. 19. Art. secundum.

Vtrum iudiciaria potestas conueniat Christo secundum quod est homo.

Titulus clarus est.

AD SECUNDVM sic proceditur. ¶ 1. Vbi, quod iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quod est homo. Dicit enim Aug. * in lib. de Vera religione, quod iudicium attribuitur Filio, in quantum est ipsa lex prima ueritatis: sed hoc pertinet ad Christum, secundum quod est Deus. ergo iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quod est homo, sed secundum quod est Deus. ¶ 2 Præter. Ad iudiciariam potestatem pertinet praemiare bene agentes, sicut & punire malos: sed praemium bonorum operum est beatitudo aeterna, quae non datur nisi a Deo: dicit enim Aug. * super Io. quod participatio Dei, sit anima beata, non autem participatione animae sanctae. ergo uidetur, quod iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quod est homo, sed secundum quod est Deus.

¶ 3 Præter. Ad iudiciariam Christi potestatem

In corpore tria sunt. Primo recitatur opinio Chrylomi, qui aliter punctuarum texum euangelij, quam nos, ipse. illa uerba. Quia Filius hominis est, non coniungit cum praecedentibus, scilicet, potestatem dedit ei iudicium facere: sed coniungit ea cum sequentibus, scilicet nolite mirari hoc: ita quod apud Chryl. concluditur prima sententia ibi, Potestatem dedit ei iudicium facere, & inchoat secunda sententia ibi, Quia Filius hominis est, & coelum dicitur ibi, Nolite mirari hoc. Et est sensus, Ioan. inter quod propterea quia Filius hominis est, non accipiant admirationem de antedicta sententia, potestatem dedit ei iudicium facere, ut clare patet in hac littera. Secundo, respondet a se ipso una conclusio:

Non completur morte per ueritas.

His. de Trinitate. paulo a princ. & li. de synodis. paulo post prin.

Capit. 31. in 11m. tom. 1.

In corpore. l. 6. circa prin. tom. 3.

Eodem modo dicitur. tom. 3.

Mon. 1. tom. 3.

Tract. 1. in Ioan. inter prin. & med. tom. 3.

Ca. 31. circa prin. tom. 3.

Tract. 10. dicitur.

Hic. tom. 3.

Tract. 31. in Ioan. inter prin. & med. tom. 3.

Al. pro. conclusionem.

est. Ad Christum, etiam secundum humanam naturam, nec habere iudicariam potestatem. Probatur: Iudicaria potestas committitur a Deo hominibus respectu eorum, qui illorum iurisdictioni subduntur, remanente apud Deum prima potestate iudicandi: sed Christus, ut homo, est caput Ecclesie, & omnia habet subiecta sub pedibus suis: ergo, Major probatur auctoritate Deute. & minor habetur ex supradictis. Tertio, respondetur ad Chryl. ex auctoritate Aug. soluitur quo objectione eius. Et solutio consistit in hoc, quod cum dicitur, quia Filius hominis est, non significatur sola natura Filij hominis, sed etiam gratia, quia plenus erat Filius hominis: & sic ly quia Filius hominis est, concludit precelemtem sententiam. Et ut re sic clarior appareat littera cuiuslibet. Quarto, redditur triplicis rationem, quare conuenienter Christo secundum humanam naturam competit iudicaria potestas. Et clare patet in littera.

testate pertinet iudicare occulta cordium, sicut illud prima ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quo ad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: sed hoc pertinet ad solam uirtutem diuinam, sicut illud Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscat illud? ego Dominus scrutans corda & probans renes: qui do unicuique iuxta uiam suam. ergo iudicaria potestas non conuenit Christo, secundum quod est homo, sed secundum quod est Deus.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

RESPON. Dicendum, quod Chryl. super Io. sentire uidentur, quod iudicaria potestas non conueniat Christo, secundum quod est homo, sed solum sicut quod est Deus. Unde auctoritate Io. inductam, sic exponit: Potestatem dedit ei iudicium facere, (& postea subditur) quia Filius hominis est nolite mirari hoc, non enim propterea suscepit iudicium, quoniam homo est: sed quia ineffabilis Dei filius est, propterea iudex est: quia uero ea que dicebantur, erant maiora, quod secundum hominem, ideo hanc opinionem soluens dicit. Ne miremini, quia Filius hominis est: etenim ipse est etiam filius Dei: quod quidem probat per resurrectionis effectum. unde subdit, Quia uenit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei. Sciendum tamen, quod quamuis apud Deum remaneat prima auctoritas iudicandi, hominibus tamen committitur a Deo iudicaria potestas respectu eorum, qui eorum iurisdictioni subiunguntur. Unde dicitur Deute. 1. Quod iustum est iudicate, & postea subdit, Quia Dei est iudicium, cuius scilicet auctoritate uos iudicatis. dictum est autem supra, quod Christus etiam in natura humana est caput totius Ecclesie, & quod sub pedibus eius Deus omnia subiecit. unde ad eum pertinet, etiam secundum naturam humanam, habere iudicariam potestatem. Propter quod Aug. 1. auctoritatem predictam Euangelij sic dicit esse intelligendam, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est, non quidem propter conditionem naturam: quia omnes homines huiusmodi potestatem haberent (ut Chryl. obijcit) sed hoc pertinet ad gratiam capitis, quam Christus in humana natura accepit. Competit autem Christo hoc modo secundum humanam naturam iudicaria potestas, propter tria. Primo quidem, propter conuenientiam & affinitatem ipsius ad homines: sicut enim Deus per causas medias, tanquam propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Christum homines, ut sit suauis iudicium hominibus. unde Apostolus dicit Heb. 4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia * per similitudinem absque

peccato: adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius. Secundo, quia in finali iudicio (ut Aug. 1. dicit super Io.) erit resurrectio corporum mortuorum, quae suscitatur Deus per filium hominis, sicut per eundem Christum suscitatur animas, in quantum est filius Dei. Tertio, quia, ut Aug. 1. dicit in lib. de uerbis domini, rectum erat ut iudicandi uiderent iudicem, iudicandi autem erant boni & mali: restabat ut in iudicio, forma serui & bonis, & malis ostenderetur: forma Dei solis bonis seruaretur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iudicium pertinet ad ueritatem, sicut ad regulam iudicij: sed ad hominem, qui est ueritate imbutus, pertinet secundum quod est unum quodammodo cum ipsa ueritate quasi quaedam lex, & quaedam iustitia animata. unde & ibidem Aug. 1. * introducit quod dicitur. 1. Corint. 2. Spiritualis iudicat omnia. Anima autem Christi praeter ceteris creaturis magis fuit unita ueritati, & magis ea repleta, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiae & ueritatis. & secundum hoc ad animam Christi maxime pertinet omnia iudicare.

AD SECUNDUM dicendum, quod solius Dei est, sui participatione animas beatas facere: sed adducere homines ad beatitudinem, conuenit Christo, in quantum est caput & auctor salutis eorum, secundum illud Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consumari.

AD TERTIUM dicendum, quod cognoscere occulta cordium & diiudicare, per se quidem pertinet ad solum Deum, sed ex reuerentia diuinitas ad animam Christi, conuenit etiam ei cognoscere & iudicare occulta cordium, ut supra * dictum est, cum de scientia Christi ageretur. & ideo dicitur Rom. 2. In die cum iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum.

Tra. 25. i. Ioan. art. med. tom. 9.

In ferm. 64. & est uirtus a medio illius, mo 10.

Lib. de uer. relig. c. 3. 1. 2. med. tom. 17.

Questio. 10. art. 2.

ARTICVLVS III.

¶ Super Questio. 59. Artic. tertium.

Utrum Christus ex meritis adeptus fuerit iudicariam potestatem.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod Christus non ex meritis fuerit adeptus iudicariam potestatem. Iudicaria enim potestas assequitur regiam dignitatem, secundum illud Prouer. 2. Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo: sed regiam dignitatem Christus obtinuit absque meritis: competit enim ei ex hoc ipso, quod est unigenitus Dei. dicitur Luc. 1. Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum. ergo Christus iudicariam potestatem non obtinuit ex meritis. ¶ 2. Prat. Sicut dictum est, iudicaria potestas competit Christo, in quantum est caput nostrum: sed gratia capitis non competit Christo ex meritis, sed consequitur personalem unionem diuinam & humanam naturam, secundum illud, Vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre plenum gratiae & ueritatis: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, quod dicitur per...

Tulius claus est. In corpore uenaculo. Iudicaria potestas homini Christo competit, & propter diuinam personam, & propter capitularem dignitatem, & propter gratiam habitualis plenitudinem, & cum his ex merito, ea obtinuit. Probatur, & primo quo ad similitudinem tot modorum: quia unum potest debere alicui ex causis diuersis, quod declaratur exemplo gloriae corporis Christi. Dein de quo ad ultimam partem: quia qui pro Dei iustitia iudicatus pugnavit & uicit, debet esse iudex, &c. Et confirmatur auctoritate Scripturae.

4. dist. 48. q. 3. art. 1. Et 4. contr. c. 95. princ. & op. 3. c. 249.

Art. preced.

Honi. 18. in Ioan. art. med. tom. 9.

Questio.

Tra. 25. i. Ioan. art. med. tom. 9.

Honi. 18. in Ioan. art. med. tom. 9.

Al. pro similitudine.